

querere, unde omne consilium petendum. Non aliunde scire quam à Jesulo nostro, qui semper consulit nobis, et adhuc hodie consulit, quomodo vitam nostram instituere debeamus, fas est illud petere. Petendum scilicet ab illo consilium est in statu Ecclesiastico; ita quidem, ut ministri verbi divini ipsum invocent, et ab eodem instructionem petant: quomodo hic vel ille articulus sit intelligendus, hic vel iste error refutandus. Petendum quoque est ab illo consilium in statu Politico: ita ut Magistratus rerum agenda initium non aliunde nisi à precationibus capiant. Bene certe ac sapienter hoc pagani quoque instituerant magistratus, ut primordia rerum ab ipsa imploratione opis divinae repeterent: eoque nihil rite nihil providenter homines sine Deorum immortalium ope, consilio, honore auspicarentur. Inde Augustus Caesar lege quadam sancivisse legitur, ut Senatus nunquam absque publicis precibus conveniret. Ipse etiam Pericles, qui dicendo fulgere qui tonare sic poterat, ut inde fulmen Græcia audiret, quotiescunque oratio ipsi ad populum esset habenda, immortales Deos invocavit: ut linguam et mentem suam regerent, ne quod verbulum exideret, quo quis posset offendi. Alphonsus item pietatem prestantissimam moderatissimam factorum omnium, dictorum et consiliorum suorum semper habuit: cui et se totum dederat, et ad quam ita se conposuerat, ut, nihil non, quod ei conveniret, faceret, nihil, repugnaret. Nec et Carolus Magnus, perfectum illud boni ac optimi Principis exemplar, omnibus prope virtutibus, quæ in Principe requiri possunt, mirè ac modum superbiens, studia pietatis excolere dubitavit, ipsaq; pluris estimavit, quam cætera studia omnia, quocumque etiam venirent nomine ac omine. Nolo plura in hanc rem. Temporis quippe ratio et vestra Auditores longè honoratissimi, singularis patientia monet, ut vela orationis contraham, portum tandem respiciam. Ne verò immunes vos, qui et à me procul dubio Arenam aliquam expectatis, dimittam, prius anchoram non pono, quam Strenam meam è locupletissimo genu petitam obtulero. Quare, quum aère liquido liquidius jam liqueat, quo jure ac titulo Jesulus puer natus ac Titius nobis datus, quem tot figure legis delinearent, quem tot oracula Prophetarum promiserant, quem Judæi tot seculis expectarant, æternus in se Dei Filius, nec posterior Patre, servator orbis ac humani sospitator generis. **CONSILIARIUS** apud Prophetam audiatur, vobis Patronis, vobis Evergetis, vobis Fautoribus, vobis Amicis, vobis omnibus ac singulis, quotquot adestis, quotquot abestis, Strenæ loco, qui aliud quid, quod regonam, non habeo, Jesulum offero **CONSILIARIUM**. Hunc, hunc offero, ut in periculis et calamitatibus quibus vis ad ipsum unice tuto confugiatis, atq; ab ipso uno auxilium et liberationem petatis. Ad discite, discite, Viri Optimi hoc præcipue tempore, quò ultrix Scelerum, quæ ubiq; impune grassantur, divina justitia gravissimum molitur fulmen, quo ois mox conflagrabit Germania Europaq; tota motis quassiq; fuleris